



BIBLIA SACRA

BS75

1868

c.1



1080020643

EX LIBRIS

HEMETHERI VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



BIBLIA SACRA

E
HEM

220
C.



Imprimatur.

Parisii, die 5^{ta} augusti 1868

A Georgium archiep. paris

PARISIIS. — EXCUDERAT J. CLAYE, 7, VIA S. BENEDICTI. — [687]

Berlin
BIBLIA SACRA

VULGATE EDITIONIS

SIXTI V PONTIFICIS MAXIMI

IUSSU RECOGNITA

ET

CLEMENTIS VIII

AUCTORITATE EDITA

NOVA EDITIO

ACCURATISSIME EMENDATA

A DD. ARCHIEPISCOPO PARIENSI APPROBATA



PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, BIBLIOPOLAS, VIA DICTA SS. PATREM, 6

44521

B 575
1868

PRÆFATIO AD LECTOREM.

In multis magnisque beneficiis, quæ per sacram Tridentinam Synodum Ecclesie sue Deus contulit, id in primis numerandum videtur, quod inter tot latinas editiones divinarum Scripturarum, solam Veterem ac Vulgatam, quæ longo tot sæculorum usu in Ecclesia probata fuerat, gravissimo Decreto authenticam declaravit. Nam, ut illud omittamus, quod ex recentibus editionibus non paucæ ad hæreses ludus temporis confirmandas licenter detorta videbantur, ipsa certe tanta varietate atque diversitas, magnam in Ecclesia Dei confusionem parere potuisset. Jam enim hæc nostra ætate illud fore evanescens constat, quod sanctus Hieronymus tempore suo accidisse testatus est¹, tot scilicet fuisse exemplaria, quot codices; cum unquam pro arbitrio suo adderet vel detraheret. Hujus autem Veteris ac Vulgatæ editionis tanta semper fuit auctoritas, tanquæ excellens præstantia, ut eam ceteris omnibus latinis editionibus longo antefereendam esse, apud æquos judices in dubium revocari non posset. Qui namque in ea libri continentur (ut a majoribus nostris quasi per manus traditum nobis est) partim ex sancti Hieronymi translatione, vel emendatione, suscepti sunt; partim retenti ex antiquissima quadam editione latina, quam sanctus Hieronymus Communem et Vulgatam², sanctus Augustinus Italam, sanctus Gregorius Veterem translationem appellat. Ac de Veteris quidem hujus, sive Italæ editionis sinceritate atque præstantia, præclarum sancti Augustini testimonium exstat in secundo libro de Doctrina christiana, ubi latinis omnibus editionibus, quæ tunc plurimæ circumferebantur, Italam præferendam censuit, quod esset, ut ipse loquitur, verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ. De sancto vero Hieronymo multa existant veterum Patrum egregia testimonia: cum enim sanctus Augustinus hominem doctissimum, ac trium linguarum peritissimum vocat, atque ejus translationem ipsorum quoque Hebræorum testimonio veracem esse confirmat. Eundem sanctus Gregorius ita prædicat, ut ejus translationem, quam novam appellat, ex hebræo eloquio cuncta veritas transfudisse dicat; atque Idcirco dignissimam esse, cui fides in omnibus habeatur. Sanctus autem Isidorus non modo in libro Hieronymianam versionem ceteris omnibus anteponi, eamque ab Ecclesiæ christianis communiter recipi ac probari affirmat, quod sit in verbis clarior, et præcior in sententiis³. Sophronius quoque, vir eruditissimus, sancti Hieronymi translationem non Latinis modo, sed etiam Græcis valde probari animadvertens, tajti eam fecit, ut Psalterium et Prophetas ex Hieronymi versione in græcum elegantis sermone transtulerit. Porro qui secuti sunt, viri doctissimi, Remigius, Bedæ, Rabanus, Haymo, Anselmus, Petrus Damiani, Richardus, Hugo, Bernardus, Rupertus, Petrus Lombardus, Alexander, Albertus, Thomas, Bonaventura, ceterique omnes, qui his nongentis annis in Ecclesia floruerunt, sancti Hieronymi versionem ita se habere, ut ceteræ, quæ pene innumerabiles erant, quasi lapsæ de manibus Theologorum, penitus obsoleverint. Quare non immerito catholica Ecclesia sanctum Hieronymum doctorem maximum, atque ad Scripturas sacras interpretandas dignitatem excitatum, ita celebrat, ut jam difficile non sit illorum omnium damnatum iudicium, qui vel tam eximii doctoris incubationibus non acquiescunt, vel etiam meliora,

¹ Pref. in Josue. — ² S. Hieron. in c. 49 Isaiæ. S. August. lib. 2 Doct. christian., c. 18. S. Gregor. Epist. Dedicat. ad Leandrum, c. 5, in fine. S. Aug. ubi supra. Lib. 18 de Civitate Dei, c. 43. Lib. 20 Moral., 21. Lib. 6 Etymol., c. 5. — ³ Lib. 1 de Divin. offic., 12.



FONDO E. ATERIO
VALVERDE Y TELLEZ

1868

007782

aut certe paria, præstare se posse confidunt. Ceterum, ne tam fidelis translatio, tamque in omnes partes Ecclesie utilis, vel injuria temporum, vel impressorum incuria, vel temere emendationis audacia, ulla ex parte corrumpatur, eodem sacrosancta Synodus Tridentina illud Decreto suo sapienter adjecti, ut hæc ipsa Vetus ac Vulgata editio emendatissima, quoad fieri posset, imprimeretur, neque ulli liceret eam sine facultate et approbatione Superiorum excudere. Quo Decreto simul typographorum temeritati ac licentia modum imposuit, et Pastorum Ecclesiam, in tanto bono quam diligentissime retinendo et conservando, vigilantiam atque industriad excitavit. Et quamvis insignium Academicarum Theologi in editione Vulgata pristino suo nitore restituenda magna cum laude laboraverint; quia tamen in tanta re nulla potest esse nimia diligentia, et codices manuscripti complures et vestustiores summi Pontificis Jussu conscripti, atque in Urbem advehi erant; et demum, quoniam exactum generalium concilio, et ipsa Scripturarum integritas ac puritas, ad curam Apostolicæ Sedis potissimum pertinere cõsuevit; ideo Pius IV.^{us} anteq. Maximus, præ suis in omnes Ecclesias partes incredibili vigilantia, lectissimis aliquot sancte Romæ Ecclesie Cardinalibus, aliisque tum sacrarum litterarum, tum variarum linguarum peritissimis viris, eam provinciam demandavit, ut Vulgatam editionem latianam, adhibitis antiquissimis codicibus manuscriptis, inspectis quoque hebraicis græcisque Bibliorum fontibus; consultis denique veterum Patrum commentariis, accuratissime castigarent. Quod itidem institutum Pius V. prosecutus est. Verum Conventum illum, ob varias gravissimasque Sedis Apostolicæ occupationes jamdudum intermissum, Sixtus V. divina Providentia ad summum Sacerdotium evocatus, ardentissimo studio revocavit, et opus tandem confectum typis mandari jussit. Quod cum jam esset excusum, et ut in locum omitretur idem Pontifex operam daret, animadvertens non pauca in sacra Biblia præli vicio irrepissæ, qua litera diligenter indigere viderentur, totum opus sub incudem revocandum censuit atque decrevit. Id vero cum morte preventus præstare non potuisset, Gregorius XIV. qui post Urbani VII. duodecim dierum Pontificatum Sixto successerat, ejus animi intentionem executus, perficere aggressus est, amplissima aliquot Cardinalibus, aliisque doctissimis viris, ad hoc iterum deputatis. Sed eo quoque, et qui illi successit, Innocentio IX. brevissimo tempore de hac luce subtractis, tandem sub initium Pontificatus Clementis VIII. qui nunc Ecclesie universæ gubernacula tenet, opus, in quod Sixtus V. intenderat, Deo bene juvante, perfectum est. Accipie igitur, christiane lector, eodem Clemente summo Pontifice annuente, ex Vaticana typographia, Veterem ac Vulgatam sacrae Scripture editionem, quantam fieri potuit diligentia castigatam; quam quidem sicut omnibus numeris absolutam, pro humana imbecillitate affirmare difficile est, ita ceteris omnibus, que ad hanc usque diem prodierunt, emendatiorem puriorque esse, minime dubitandum. Et vero quamvis in hac Bibliorum recognitione, in codicibus manuscriptis, hebraicis græcisque fontibus, et ipsis veterum Patrum commentariis conferendis, non mediocriter studium adhibuitur; in hac tamen pervulgata lectione, sicut nonnulla consulto mutata, ita etiam alia, que mutanda videbantur, consulto immutata relicta sunt; tum quod ita faciendum esse, ad offensionem populorum vitandum, sanctus Hieronymus non semel admonuit¹; tum quod facile fieri posse credendum est, ut majores nostri, qui et Hebraicis et Græcis latina fecerunt, copiam meliorum et emendatiorum librorum habuerint, quam II. qui post librorum statum ad nos pervenerunt; qui fortassis, tam longo tempore identidem describendo, minus puri atque integri evaserunt; tum denique, quia sacre Congregationi amplissimorum Cardinalium, aliis-

¹ Epist. ad Saniam et Protinam. Pref. Bvang. ad Damascum.

que eruditissimis viris ad hoc opus a Sede Apostolica delectis, propositum non fuit, novam aliquam editionem edere, vel antiquum interpretem illa ex parte corrigere vel emendare; sed ipsam Veterem ac Vulgatam editionem latinam, a mendis veterum librorum, necnon pravarum emendationum erroribus repurgatam, suis pristina integritati ac puritati, quoad ejus fieri potuit, restituere; eaque restituta, ut quam emendatissime imprimeretur juxta Concilii œcumenici Decretum, pro viribus operam dare. Porro in hac editione nihil non canonicum, nihil adscriptum, nihil extraneum apponere visum est; atque ea causa fuit, cur libri III et IV Eodæ inscripti, quos inter canonicos libros sacra Tridentina Synodus non annoveravit, ipsa etiam Manasse regis Oratio, qua neque hebraice, neque græco quidem exstat, neque in manuscriptis antiquioribus invenitur, neque pars est illius canonici libri, extra canonicam Scripturam seriem posita sint; et nullæ ad marginem concordantiæ (que posthac libris apponi non possunt), nullæ notæ, nullæ varietates, nullæ denique præfationes, nulla argumenta ad librorum initia conspiciuntur. Sed sicut Apostolica Sedes Industriad eorum non damnat, qui concordantiis locorum, varias lectiones, præfationes S. Hieronymi, et alia id genus in aliis editionibus inserunt; ita quoque non prohibet, quin alio genere characteris in hac ipsa Vaticana editione ejusmodi adjuncta, pro studiosiorum commoditate atque utilitate, in posterum adfuerint; ita tamen, ut lectiones variæ ad marginem ipsius textus minime annotentur.

CLEMENS PAPA VIII

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Cum sacrorum Bibliorum Vulgatæ editionis textus summi laboribus, ac vigiliis restitutus, et quam accuratissime mendis expurgatus, benedictio Domini, ex Nostra typographia Vaticana in lucem prodierat; Nos, ut in posterum idem textus incorruptus, ut docet, conservetur, opportune providere volentes, auctoritate Apostolica, tenore presentium districtius inhibemus, ne intra decem annos, a data presentium numerandos, tam citra quam ultra montes, alibi quam in nostra Vaticana typographia, a quoquam imprimatur. Elapso autem præfato decennio, eam cautionem adhiberi præcipimus, ut nemo hanc sanctarum Scripturarum editionem typis mandare præsumat, nisi habito prius exemplari in typographia Vaticana excuso: cujus exemplaris forma, non minima quidem particula de textu mutata, addita, vel ab eo detracta, nisi aliquid occurrat, quod typographicæ incuriæ manifeste adscribendum sit, inviolabiliter observetur. Si quis vero typographus in quibuscumque regnis, civitatibus, provinciis, et locis tam nostræ S. R. E. ditionum, quam temporalibus subjectis, quam non subjectis, hanc eandem sacrarum Scripturarum editionem intra decennium prædictum quoquo modo, elapso autem decennio, aliter quam juxta hujusmodi exemplar, ut præsertim, imprimere, vendere, venales habere, aut alias edere vel evulgare; aut si quis bibliopola a se vel ab aliis quibusvis, post datum presentium, hujus editionis impressos libros, seu imprimendos a præfato restitutos et correctos textu in aliquo discrepantes, seu ab alio, quam a typographo Vaticano, intra decennium excusos, pariter vendere, venales proponere, vel evulgare præsumperit, ultra amissionem omnium librorum, et alias arbitrio Nostro infligendas penas temporales, etiam majores, excommunicationis sententiam eo ipso

incurrat, a qua nisi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi non possit. Mandamus itaque universis et singulis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum et locorum etiam regularium Prælati, ut presentes litteras in suis quisque Ecclesiis et Jurisdictionibus ab omnibus inviolate perpetuo observari curent ac faciant. Contradictores per Censuras ecclesiasticas, aliisque opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracciæ secularis; non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac in generalibus, provincialibus, vel synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus, ac quarumcumque Ecclesiarum, Ordinum, Congregationum, Collegiorum, atque Universitatum, etiam studiorum generalium juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, ac privilegiis, indultis, ac litteris Apostolicis in contrarium quomodocumque emanatis, et emanandis; quibus omnibus ad hunc effectum latissime derogamus, ac derogatum esse decernimus. Volumus autem, ut presentium transscriptis etiam in ipsis voluminibus impressis eadem, in iudicio et extra, fides ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Rome, apud Sanctam Petram, sub Anno Piscatoris, die ix Novembris, MDXCII, Pontific. Nostri anno 1.

M. VESTRIUS BARRIANUS.

DECRETUM

DE CANONICIS SCRIPTURIS

EX CONCILIO TRIDENTINO, SESSIONE QUARTA.

Sacrosancta œcumenica, et generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, presentibus in ea eisdem tribus Apostolicis Sedis legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut, sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur.

ET INFRA:

Sacrorum vero librorum Indicem huic Decreto adscribendum censuit, ac cui dubitatio suboriri possit, quæcum sint, qui ab ipsa Synodo suscripantur. Sunt vero infrascripti: Testamenti Veteris, Quinque Moysi, id est, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Josue, Judicum, Ruth; Quatuor Regum, Duo Paralipomenon; Ezechiel primus et secundus, qui dicitur Nehemias; Tobias, Judith, Esther; Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabole, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel; Duodecim Prophetæ minores, id est, Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias; Duo Machabæorum, primus, et secundus. Testamenti novi: Quatuor Evangelia, secundum Mattheum, Marcum, Lucam et Joannem; Actus Apostolorum a Luca Evangelista concepti; Quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli: ad Romanos, due ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, due ad Thessalonicenses, due ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos;

Petri Apostoli due; Joannis Apostoli tres; Jacobi Apostoli una; Judo Apostoli una; et Apocalypsis Joannis Apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueverunt, et in Veteri Vulgata latina editione habentur, pro sacris et canonicis non susceperit, et traditiones prædictas sciens et prudens contempserit, anathema sit.

HIERONYMI

PROLOGUS GALÆATIS.

Viginti et duas litteras esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua et Chaldeorum testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confatis est; nam et ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diversis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant, figuris tantum et apicibus discrepantibus. Certumque est Esdram scribam, legisque doctorem, post captum Ierosolymanam et instaurationem templi sub Zerobabel, alias litteras reperisse quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum et Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum, hæc eadem supputatio, sub levitaurum ac sacerdotum censu, mystico ostenditur. Et nomen Domini tetragrammatum, in quibusdam græcis voluminibus, usque hodie antiquis expressum litteris invenimus. Sed et Psalmi, trigessimus sextus, et centesimus decimus, et centesimus undecimus, et centesimus decimus sextus, et centesimus quadragessimus quartus, quoniam diverso scribantur, tamen ejusdem nuncietur alphabeto. Et Jeremie Lamentationes, et Oratio ejus; Salomonis quoque in fine Proverbia, ab eo loco in quo ait, Mullerem fortem quis inveniet? istam alphabeta vel incisionibus supputantur. Porro quinque litteræ duplices apud Hebræos sunt, Caph, Mem, Nun, Pe, Sade; alter enim scribuntur per has principia medietatesque verborum, aliter fides. Unde et quæque a perisquo libri, duplices estimantur, Samuel, Melachim, Dibre hajamim, Esdras, Jeremias cum Cimoth, id est, Lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per quæ scribimus hebræice omne quod loquimur, et eorum initia vox humana comprehenditur; ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi litteris et exordis, in Dei doctrina, tenet adluc et lactens viri justi eruditur infantia.

Primus apud eos liber, vocatur¹ Beresith; quem nos Genesim dicimus.
 Secundus², Velle semoth, qui Exodus appellatur.
 Tertius³, Valjera, id est Leviticus.
 Quartus⁴, Vajedaber, quem Numeros vocamus.
 Quintus⁵, Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur.
 Hi sunt quinque libri Moysi, quos proprie⁶ Thora, id est Legem appellant.
 Secundum, Prophetarum ordinem dicunt; et incipiunt ab Jesu filio Nave; qui apud eos⁷ Josue ben Nun dicitur.
 Deinde subxunt⁸ Sophetim, id est Judicum librum. Et in eundem compingant Ruth, quia in diebus Judicum facta ejus narratur historia.
 Tertius sequitur⁹ Samuel, quem nos Regum primum et secundum dicimus.

תורה¹ - אלה הדברים² - ודבר³ - וקרא⁴ - ואלה שמות⁵ - בראשית
 שמואל⁶ - שפטים⁷ - יהושע בן נון⁸

Quartus¹ Melachim, id est Regum, qui tertio et quarto Regum volumina continetur.

Melinsque multo est² Melachim, id est Regum, quam³ Mamlachot, id est Eorum dicere. Non enim multarum gentium describit regna, sed unius israelitici populi, qui tribus duodecim continetur.

Quintus, est⁴ Isaias.

Sextus⁵, Jeremias.

Septimus⁶, Ezechiel.

Octavus, liber duodecim Prophetarum, qui apud illos vocatur⁷ There asar.

Tertius ordo, Hagiographa pessidit.

Et primus liber incipit a⁸ Job.

Secundus a⁹ David, quem quinque in sectionibus et uno Psalmorum volumine comprehendunt.

Tertius est¹⁰ Salomon, tres libros habens : Proverbia, que illi¹¹ Miste, id est Parabolas appellantur.

Quartus, Ecclesiasten, id est¹² Coheleth.

Quintus, Canticum canticorum, quem titulo¹³ Sir lassirim prenotant.

Sextus, est¹⁴ Daniel.

Septimus¹⁵, Dibre hajamim, id est Verba dierum; quod significantius Chronicon totius divine historie possumus appellare; qui liber apud nos Paralipomenon primus et secundus inscribitur.

Octavus¹⁶, Esdras, qui et ipse similiter apud Græcos et Latinos in duos libros divisus est.

Nonus¹⁷, Esther.

Atque ita sunt pariter veteris Legis libri viginti duo : id est, Moysi quinque, et Prophetarum octo, Hagiographorum novem. Quanquam nonnulli¹⁸ Ruth et Cioth, inter Hagiographa scripturæ, et hos libros in suo putent numero supputandos; ac per hos esse prisce Legis libri viginti quatuor, quos sub numero viginti quatuor sententiarum Joannis inducit adorante Agnum, et coronas sua prostratis vultibus offerentes, stantibus coram quatuor animalibus, seclatis ante et retro, id est in preteritum et in futurum respicientibus, et indefessa voce clamantibus : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est. Hic prologus, Scripturæ quam galæantem principia, omnibus libris quos de hebræo vertimus in latinum, convenire potest, ut scire valeamus, quidquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, que vulgo Salomonis inscribitur, et Jesu filii Syrach liber, et Judith, et Tobias, et Pastor, non sunt in canone. Machabeorum primum librum, hebraicum reperi. Secundus, græcus est; quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Que cum ita se habeant, obsecro te, lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert unusquisque quod potest : alii aurum, argentum, et lapides pretiosos; alii byssum et purpuram et coccum offerant et hyacinthum; nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles et caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria putat. Unde et tota illa tabernaculi palchritudo, et per singulas species, Ecclesie presentis futuræque distinctio, pellibus tegitur et ciliciis, ardorem solis et injuriam inbrum ea que villora sunt prohibent. Lege ergo primum, Samuel, et Melachim meum, inquam, meum. Quicquid enim crebrius ver-

tendo, et emendando sollicitus et didicimus et tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas, vel interpretem me æstimato, si gratus es; vel paraphrasticus, si ingratus; quanquam mihi omnino consensio non sum, mutasse me, quippiam de hebraica veritate. Certo si incredulus es, lege græcos codices, et latinos, et confer cum illis opusculis que nuper emendavimus; et ubique discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum cui magis accommodare debeas fidem; et si nostra firmaverit, puto quod eam non æstimet coniectorem, ut in eodem loco mecum similiter divinaris. Sed et vos famulas Christi rogo (que Domini discentibus pretiosissima fidei myrrina unguis caput, que noquaquam Salvatorem quaeritis in sepulchro, quibus jam ad Patrem Christus ascendit) et contra latrantes canes, qui adversum me rabido ore deserviunt, et circumvato civitatem, atque in eo se doctos abstrahunt, si aliis detrahant, orationum vestrarum clypeos opponat. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententia recordabor : Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea¹⁹. Posui ori meo custodiam, quam consisteret peccator adversum me. Obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis.

HIERONYMI

PAULINO.

Frater Ambrosius tua mihi munuscula preferens, detulit simul et suavissima littera, que a principio amicitiarum, fidem probate jam fidei, et veteris amicitie preferent. Vera enim illa necessitudo est, et Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non presentia tantum corporum, non subdola et palpans adulatio, sed Dei timor, et divinarum Scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historis quosdam lustrasse provincias, novæ adisse populos, maria transisse, ut eos quos ex libris noverant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Memphis ad vates, sic Plato Ægyptum et Architam Tarentinum, eamque oram Italie, que quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragravit; ut Athenis magister erant, et potens, cuiusque doctrinam Academie gymnasia personabant, ferret peregrinus atque discipulus, malens aliena verecunde discere, quam sua impudenter ingerere. Denique dum litteras quasi toto fegientes ore persequitur, captus a piratis et vnumdatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captivus, victus et servus; tamen quia philosophus, major clemente se fuit. Ad Titum Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis Hispanie Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus; et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus sæculis, celebrandumque miraculum, ut urbem tantam ingressi, aliud extra urbem quaerere, intravit Persas, pertransiit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetæ, opulentissima Indie Persa penetravit, et ad extremum, latissimo Phison amno transmissis, pervenit ad Brachmanas, et Harshan in throno sedentem auro, et de Tantali fonte petentem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus siderum, ac diernum cursu arditè docentem. Inde per Ælamitas, Babylonios, Chaldeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palestinos, reversus Alexandriam, pervenit Æthiopian, ut Gynosophistas, et famosissimam Solis mensam videret in sabulo. Ivenit ille vir ubique quod disceret, et semper proficiens, semper se melior ferit. Scripsi super hoc plenissime octo voluminibus Philostratus. Quod loquar de sæculi hominibus, cum Apostolus Pau-

קאלי'יה - רומיה - ושעיה - מובלכית - מולוכי - מבלוכי
 השוים - קודלת - משי - שלמה - דוד - אהב - תרי עשר
 רות וקניגת - אבות - עורא - דדכני ודכני - עניא - שר

lus¹, vas electionis et magister gentium, quod de conscientia tantum in se hospitium loquebatur²: An experimentum quaeritis ejus, qui in me loquitur Christus? post Damascus Arabianumque lustratum, ascendit Ierosolymam, ut videret Petrum, et manserit apud eum diebus quatuordecim? Hoc enim mysterium hebdomadis et octogonidis, futurum gentium predicator instruedum erat³. Bursaque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba et Tito, exprosserit Apostolus Evangelium, non forte in vadum curruerit, aut curruisset. Habet enim nescio quid latentis⁴ viva vox, et in sacro discipuli de nocturno seo transfusa, fortis sonat. Unde et Eschimus cum Rhodi exiret, et legaturus illa Demosthenis oratio, quam adversus eum habuerat, mirantibus cunctis arripe laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audisset bestiam, sua verba resonantem? Hoc non dico, quod sit in me aliiquid tale, quod vel possis a me audire, vel velis discere; sed quod avarius tuis et discendi studium etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile, et sine doctore laudabile est. Non quid invenias, sed quid quaeras consideramus. Mollis cura, et ad formandum facilis, etiam si artificis et plastae cessent manus; tamen virtute totum est quidquid esse potest. Paulus Apostolus⁵ ad pedes Gamalielis legem Moysi et Prophetas didicisse se gloriatur, ut armatus spiritualibus, postea dicere confideretur: Arma nostrae militiae non carnalia sunt, sed potentia Dei, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollemens se adversus scientiam Dei, et captivantes omnem intellectum ad obediendum Christo, et parati subjurgare omnem inobedientiam. Ad Timotheum scribit⁶ ab infantia sacris litteris eruditum, et hortatur ad studium lectionis⁷, ne negligat gratiam quam data sit, per impositionem manus presbyteri. Tito praecipit ut inter ceteras virtutes episcopi, cum brevi sermone depinxit, scientiam quoque in eo eligat Scripturarum⁸. Obtinendum, inquit, cum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermone; ut potens sit exteriori in doctrina sana, et contradicentes revincere. Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest, et quantum aedificat ex vite merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat. Malachias propheta, immo per Aggeum⁹ Dominus: Interroga, sibi, sacerdos legem; in tantum sacerdotis officium est interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio¹⁰ legitur: Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; seniores tuos, et dicant tibi. In Psalmo quoque centesimo decimo octavo: Cantabiles nihil erant justificationes tuae in lege pergrinationis mee. Et in descriptione justis viri, cum cum David arbori vite, quae est in paradiso, comparatur, inter ceteras virtutes et hoc intulit: In lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte¹¹. Daniel in fine sacratissime visionis ait: ¹² Justos fulgere sicut stellis; et intelligentes, id est doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent justa rusticitas, et docta justitia? Alii stellis, alii caelo comparantur, quoquam juxta hebraicum veritatem utrumque de eruditus possit intelligi. Ita enim apud eos legitur: Qui a utem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; et qui ad justitiam erudunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Cur dicitur Paulus Apostolus vas electionis¹³? Nempe quia legis et Scripturarum sacrorum erat armarium. Pharisaei stupent in doctrina Domini, et mirantur in Petro et Joanne quomodo legem sentiant, cum litteras non didicerint. Quidquid enim alius exercitatio, et quotidiana in lege, et meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggererat¹⁴, et erant juxta quod scriptum est¹⁵. Duodecim¹⁶ annos Saluator impleverat, et in templo senes de quaestionibus legis interrogans, magis doctus dum pruderenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum, rusticum dicimus Joannem, quorum uterque dicere poterat,

¹ Act. 9. — ² II Cor. 13. — ³ Gal. 1. — ⁴ Gal. 2. — ⁵ Eusebius. — ⁶ Act. 22. — ⁷ II Cor. 10. — ⁸ II Tim. 3. — ⁹ I Tim. 4. — ¹⁰ Tit. 1. — ¹¹ Agg. 2. — ¹² Deut. 32. — ¹³ Ps. 1. — ¹⁴ Dan. 12. — ¹⁵ Act. 9. — ¹⁶ Isa. 54. Joan. 6. — ¹⁷ Genesios. — ¹⁸ Luc. 2.

Etsi¹ impertus sermone, non tamen scientia. Joannes rusticus, piscator, indoctus, et unde illa vox, obscuro: In principio erat Verbum², et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum³? enim graece multa significant, nam et verbum est, et ratio, et supputatio, et causa uniuscujusque rei, per quam sunt singula quae subsistant: quae universa recte intelligimus in Christo. Hoc doctus Plato nescivit, hoc Demosthenes eloquens ignoravit. Per dam, inquit, sapientiam sapientiam⁴, et prudentiam prudentium reprobo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam⁵; et quoniam stultitia praedicationis in cruce sit⁶, tamen Paulus sapientiam loquitur inter peccatos: sapientiam autem non saeculi hujus⁷, nec principum saeculi istius, quae desunt; sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam praedestinavit Deus ante saecula. Dei sapientia, Christus est; Christus enim, Dei virtus, et Dei sapientia. Haec sapientia in mysterio abscondita est⁸, de qua et noni Psalmi titulus praenotat: Pro oculis filii, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae Dei absconditi. Et qui in mysterio absconditur erat, praedestinatus est ante saecula: praedestinatus autem et praesurgatus in lege et Prophetis. Unde et Prophetae appellantur Videntes, quia videntium sunt, quorum ceteri non vident. Abraham vidit diem ejus, et lectus est⁹. Aperiebantur caeli Ezechiel, qui populo peccatori clausi erant¹⁰. Revola, inquit David, oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua¹¹. Lex enim spiritualis est¹², et revelatione opus est, ut intelligatur, ac revelata facie Dei gloriam contemplerur¹³. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur¹⁴: quem si dederis homini scienti litteras ut legat, respondebit tibi: Non possunt; signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse litteras, tenent signatum librum, nec aperire possunt¹⁵, nisi ille reserverit qui habet clavem David, qui aperit, et nemo claudit; claudit, et nemo aperit¹⁶. In Actibus Apostolorum sanctus Enochus, immo vir (sic enim cum Scriptura cognominat) cum legeret Isaiam prophetam¹⁷, interrogatus a Philippo: Putasne intelligis, quae legistis respondit: Quomodo possum, nisi aliquis me doceat? Ego (ut de me loqui interim) nec sanctorum sum hoc Ennochio, nec studiosior, qui de Aethiopia, id est de extremis mundi finibus, venit ad templum, reliquit aulam regiam; et tantus amator legis divinae quae scientia fuit, et officium volitione legeret litteras sacras. Et tamen cum librum teneat, ignorat eum quem in libro nesciens venerabat. Venit Philippus, labis personaret, ignorabat eum quem in libro nesciens venerabat. Venit Philippus, labis personaret, ostendit ei Jesum, qui clausus latet in littera. O mira doctoris virtus eadem hora credit Enochus, baptizatur, et fidelis et sanctus factus est: ac magister de discipulo, nisi in deserto fore Ecclesiam, quam in aurato synagoga templo sepevit. Haec a me perstricta sunt breviter (neque enim epistolares angustia evagari longius patiebatur), ut intelligeres in I Scripturis sacris sine praevio et monstrante semitam non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometricis, dialecticis, musicis, astronomicis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus vel utilissima est, et in tres partes scinditur¹⁸. Ad minores artes veniam, et quae non tam lingua, quam manu administrantur. Agricola, camentarii, fabri metallorum, ligurumque caesores, lanarii quoque, et fullones, et ceteri qui varium suppellestem, et villa opuscula fabricant, absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est, promittit medici; tractant fabrilis fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnem vindicant. Scribimus indocti doctique poemata passim. Haec garrula anus, haec delirus senex, haec sophista verbosus, haec universi praesumant, lacerant, docent antiquum discant. Alii, ad

¹ II Cor. 11. — ² Joan. 1. — ³ Apoc. — ⁴ Abd. 7. 8. — ⁵ Isa. 20. — ⁶ I Cor. 1. — ⁷ II Cor. 1. — ⁸ Col. 2. — ⁹ Joan. 8. — ¹⁰ Ezech. 1. — ¹¹ Ps. 118. — ¹² Rom. 7. — ¹³ II Cor. 3. — ¹⁴ Apoc. 5. — ¹⁵ Isa. 29. — ¹⁶ Apoc. 8. — ¹⁷ Act. 8. — ¹⁸ Th. 2. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

ducto supercilio, granda verba trutinantes, inter mulleculas de sacris litteris philosophantur. Alii discunt, pro pudor! a feminis, quod viros doceant; et ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, immo audacia, edisserunt aliis quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad Scripturas sanctas post saecularum litterarum venerint, et sermone composito aures populi mulserint, quidquid dixerint, hoc legem Dei putant; nec scilicet dignantur quid Prophetae, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrue aptant testimonia, quasi grande sit, et non vitiosissimum docendi genus, depravare sententias, et ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem. Quasi non legimus Homeroventonem, et Virgiliocentonas, ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere christianum, quia scripserit: Jam redit et virgo, redeunt Saturnia regna; Jam nova progenies caelo demittitur alto. Et Patrem loquentem ad Filium: Nate, meae vives, mea magna potentia solus. Et post verba Salvatoris in cruce: Talia perstabat memorans, fixusque manebat. Pueritia sunt haec, et circularum ludo similia, docere quod ignores; immo, ut cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias.

Videlicet manifestissima est Genesis¹, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de divisione terrae, de confusione linguarum et gentium, usque ad exitum scribitur Hebraeorum.

Patrie Exodus² cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis divinisque praecipis.

In promptu est Leviticus³ liber, in quo singula sacrificia, immo singula paene syllaba, et vestes Aaron, et totus ordo leviticus spirant caelestia sacramenta.

Numeri⁴ vero, nonne totius arithmeticae, et prophetae Balaam, et quadraginta duarum per eronum mansionum mysteria continent?

Deuteronomium⁵ quoque secunda lex, et evangelicae legis praefiguratio, nonne sic ea habet quae priora sunt, ut tamen nova sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusque Pentateuchus; quibus quinque verbis loqui se velle Apostolus⁶ in Ecclesia gloriorur.

Job⁷ exemplar patientiae, quod mysteria suo sermone complexitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur; omnesque leges Dialecticae, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba, plena sunt sensibus. Et (ut de ceteris sileam) resurrectionem corporum sic propheta, ut nullus de ea vel manifestus, vel cautus scripserit. Scio, inquit, quid Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum; et rursum circumdabit pedes meos, et in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspiciantur sunt, et non alius. Reposita est haec spes mea in sinu meo.

Veniunt ad Jesum Nave⁸, qui typum Domini non solum gestis, verum etiam nomine praefert; transit Jordanem, hostium regna subvertit, dividit terram victori populo, et pro singulis urbem, viculum, montem, flumina, torrentes, atque conflua, Ecclesiae caelestique Jerusalem spiritualia regna describit.

In Judicium libro⁹, quot principes populi, tot figure sunt.

Ruth Moabitissa, laire explet vaticinium, dicentis: Emitte agrum, Domine, Damiatorem terrae, de patre deserto ad montem Ilie Sion.

Samuel¹⁰ in Heli mortuo, et occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat. Porro in Sadoe atque David, novi sacerdotii, novique imperii sacramenta testatur.

Melachim, id est tertius et quartus Regum¹¹ liber, a Salomone usque ad Jeho-

nam, et a Jeroboam filio Nabat usque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda et regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt; si in litteris sensum latentem inspexeris, Ecclesiae paucitas, et haereticorum contra Ecclesiam bella narratur.

Duodecim Prophete in unius voluminis augustia coarctati, multo aliud, quam sonat in littera, praefigurant.

Oase¹² crebro nominat Ephraim, Samaritan, Joseph, Jezrahel, et uxorem fornicariam, et fornicationis filios, et adulterum cubiculo clausam maritum, multo tempore sedere videam, et sub veste lagulari, viri ad se reditum praestolari.

Joel¹³ filius Phtuel describit terram duodecim tribuum, arca, bruchio, locusta, rubigine vastante consumptam; et post eversionem prioris populi, effusum Iri Spiritum sanctum super servos Dei et ancillas, id est super centum viginti credentium nomina, et effusum Iri¹⁴ in conspectu Sion. Qui¹⁵ septem viginti, ab uno usque ad quindecim paulatim et per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in Psalterio mystice continentur.

Amos pastor¹⁶ et rusticus, et rubrum mora distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dilige exprimat tria aut quatuor saecula Damasci, et Gaza, et Tyri, et Idumaea, et filiorum Ammon et Moab; et in septimo et octavo gradu Iuda et Israel? Ille loquitur ad vacuas pingues, qua sunt in Samaria mortui, et rulturam donum majorem minorumque testatur; ipse cerat fribum locustas, et stantem Dominum super murum litum vel adamantinum, et unctum ponorem, attrahentem supplicia peccatoribus, et famem in terram; non famem panis, nec sitim aquae, sed audientis verbum Dei.

Aldias¹⁷, qui interpretatur servus Dei, pertinet contra Edem sanguinem terrenumque hominem; fratris quoque Jacob semper amicum, hasta percussit spiritali.

Jonas¹⁸ columba pulcherrima, naufragio suo passionem Domini praefiguras, mundum ad penitentiam revocat; et sub nomine Ninive, Gentibus salutem annuntiat.

Micheas¹⁹ de Morasthi choristis Christi, vastationem annuntiat filii Iudae, et obsidionem ponit contra eam, quia maxillam percussisset Iudaeis Israel.

Nahum²⁰ consolator Irius incipit civitatem sanguiem, et post eversionem illius loquitur: Ecce super montes pedes evangelizantium, et annuntiantis pacem.

Habacuc²¹, luctator fortis et rigidus, stat super custodiam suam, et agit gradum super munitionem, ut Christum in cruce contempletur, et dicat: Operuit caelos gloria ejus, et laudis ejus plena est terra. Splendore ejus ut lux erit, cornu in manibus ejus; ibi abscondita est fortitudo ejus.

Sophonias²², speculator, et arcanorum Dei cognitor, audit clamorem a Porta piscium, et ejulationem a Secunda, ut contumeliam a collibus. Indicit quoque solatium habitatoribus Pilia, quia contumeliam populus Chanaan, disperderant universi qui involunt erant argento.

Aggeus²³ festivus et iustus, qui seminavit in lacrymis, et in gradu metret; destructum templum aedificat. Desomne Patrem inducit loquentem: Adhuc unum modicum, et ego commovebo caelum et terram, et mare, et aridam, et movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus.

Zacharias²⁴ memor Domini sui, multiplex in propheta, Jesum vestibus sordidus indutum, et lapidem oculorum septem; candidalbrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis; duas quoque olivas a sinistris lampadis cerat et dextris, ut post quos nigras, rufos, albos, et diversos, et dissipatas quadrigas ejus Ephraim, et coquam

¹ Genesis. — ² Exodus. — ³ Leviticus. — ⁴ Numeri. — ⁵ Deuteronomium. — ⁶ 1 Cor. 14. — ⁷ Job. — ⁸ Jesus sive Jesus Nave. — ⁹ Lib. Judicum. Ruth. Isa. 16. — ¹⁰ Reg. I et II. — ¹¹ Reg. III et IV.

¹² Osee. — ¹³ Joel. — ¹⁴ Act. 2. — ¹⁵ Amos. — ¹⁶ Aldias. — ¹⁷ Jonas. — ¹⁸ Micheas. — ¹⁹ Nahum. — ²⁰ Habacuc. — ²¹ Sophonias. — ²² Aggeus. — ²³ Zacharias.

de Ierusalem, pauperem regem vaticinetur et praedicit, sedentem super pallium filium asinae subjugalis.

Malachias¹ aperit, et in fine omnium prophetarum, de abjectione Israel, et vocatione gentium: Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum; et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus; et in omni loco sacrificatur, et offertur, nomini meo oblatio munda.

Isaia², Jeremias, Ezechiel, et Daniel, quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur tenere, sed Evangelium.

Secundus³ virgine nucem, et ollam succensam a facie aequilinis, et pardum spoliatam suis coloribus, et quadruplex diversis metris neciti alphabetum.

Tertius⁴ principia et finem tantis habet obscuritatibus involuta, ut apud Hebraeos istae partes cum exordio Genesae ante annos triginta non legantur.

Quartus vero⁵, qui et extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, et totius mundi⁶, lapidem praecisum de monte sine manibus, et regna omnia subvertentem, claro sermone pronuntiat.

David Simonides noster⁷, Pindarus, et Alcaeus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus, Christum Iyra personat, et in decachordo psalterio, ab inferis exiit resurgentem.

Salomon⁸ pacificus et amabilis Dominus, merces corrigit, naturam docet, Ecclesiam jungit et Christum, sanctarumque nudiarum delice canit epithalamium.

Esther⁹ in Ecclesie typum, populum liberat a periculo; et interfecto Aman, qui interpretat iniquitas, partes convellit, et diem celebrem mittit in posterum.

Paralipomenon¹⁰ liber, id est instrumentum veteris¹¹, tantus ac talis est, ut absque illo si qui scientiam Scripturarum sibi volerit arrogare, seipsum irideat. Per singula quippe nomina Juratursaque verborum, et potesternisse in Regum libris tanguntur historiae, et Innumerabiles explicantur Evangelii quaestiones.

Esdra¹² et Nehemias¹³, adiutor videlicet, et consolator a Domino, in unum volumen coarctantur, instaurant templum, muros excoerunt civitatis; omnisque illa turba populi redeuntis in patriam, et descriptio tractatum, levitarum, Israelis, proselytorum, ac per singulas familias murorum ac turrium opera divisa, aliud in corlice praefertur, aliud retinetur in medulla. Cernis me Scripturarum amore raptum, excessisse modum epistolo, et tamen non inlesse quod volui. Audivimus tantum, quid nosse, quid cupere debeamus, ut et nos quoque possimus dicere: Concepivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore¹⁴. Ceterum illud Socraticum impletur in nobis: Hoc tantum scio, quod nescio.

Tantum et novum breviter Testamentum.

Matthaeus, Marcus, Lucas, et Joannes¹⁵, quadriga Domini, et verum Cherubim, quod interpretatur scientiam multitudine, per totam corpus oculati sunt, scintillae emicant, discurrant fulgura, pedes habent rectos, et in sublime tendentes, terga pennata et ubique volitantia, tenent se mutuo, sibi quae perplexi sunt, et quasi rota in rota volvantur, et pergunt quocumque eos datus Spiritus sancti perduxerit¹⁶.

Paulus Apostolus¹⁷ ad septem scribit Ecclesias; octava enim ad Hebraeos, a plebique extra numerum pontitur. Timotheum instruit ac Titum, et Philimonem pro fugitivo famulo deprecatur. Super quo melius tacere potui, quam pauca scribere.

Actus Apostolorum¹⁸ nudam quidem sonare videntur historiam, et nascentis

Ecclesiae infantiam texere; sed si noverimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in Evangelio¹⁹; animadvertemus pariter omnia verba illius, animae languentis esse medicinam.

Jacobus, Petrus, Joannes, Judas²⁰, septem epistolas ediderunt, tam mysticas, quam succinctas, et breves pariter ac longas: breves in verbis, longas in sententiis, ut rarus sit, qui non in carum lectione caecitatur.

Apocalypsis Joannis²¹ tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi, et pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiae. Oro te, frater carissime, inter haec vivere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quaerere. Nonne tibi videtur jam hic in terris regni caelestis habitaculum²²? Nolo offendaris in Scripturis sanctae simplicitate, et quasi vilitate verborum, quae vel vitio interpretum, vel de industria sic prolata sunt, et rusticam conclusionem facilius instruunt, et in una eademque sententia alter docet, alter audiret infidelius instruunt, et in una eademque sententia alter docet, alter audiret infidelius instruunt. Non sum tam petulant, et habes, ut haec me nosse pollicer, et eorum fructus capere, quorum radices in caelo fixae sunt; ista velle fatari. Sedenti me praefero, magistrum reuens, comitem spondeo. Potenti datur, pulsanti aperitur, quaerens invenit²³. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseverat in caelo. Obvius tunc manibus excipiam, et (incepto aliquid, sed de Hormagore tumiditate effusum) quidquid quaeris, tecum scribo coram. Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui litterarum tuarum mihi gratiam dupliciter, referens honestatem morum tuorum, contemptum saeculi, fidem amicitiae, amorem Christi. Nam praudentiam et eloqui venustatem etiam absque illo ipsa epistola praeferebat. Festina, quae te, et herentis in salo naviculae funem magis praecide, quam solve. Nemo renuntiaturus saeculo bene potest vendere, que contempsit et vendiderit. Quidquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antequam dictum est²⁴: Avaro tam deest quod habet, quam quod non habet. Ceterum tuus mundus divitiarum est; infidelis autem etiam obolo indiget. Sic vivamus²⁵, ac tanquam nihil habentes, et omnia possidentes. Victus et vestitus divitiis Christianiorum sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende; si non habes, projice. Tollant tunicam²⁶, et pallium relinquendum est. Scilicet ai tu, semper recrastinans, et diem de die trahens, caute et pedetentim has possessiones vendideris, non habet Christus unde aliat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit. Apostolus²⁷ navem tantum et retia reliquerunt. Vidua duo aera misit in gazophylacium²⁸, et praefertur Crossi divitiis. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse mortiturum.

PRAEATIO

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI

IN PENTATEUCHUM MOYSEI AD DESIDERIUM.

Desiderii mei desideratas accepi epistolas, qui quodam praesagio futurorum, cum Daniele²⁹ sortitus est nomen, obscuratis, ut translatum in latinam linguam de hebraeo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certe, et obrectatorum meorum latratibus patens, qui me asserunt in septuaginta interpretum sugillationem nova pro veteribus cedere, ita ingenium quasi vinum pro-

¹ Malachias. — ² Isaia. — ³ Jeremias. — ⁴ Ezechiel. — ⁵ Daniel. — ⁶ Esdras. — ⁷ David. — ⁸ Prov. Eccles. Cantic. — ⁹ Esther. — ¹⁰ Par. — ¹¹ Xerops. — ¹² Esdras. Nehemias. — ¹³ Pa. 118. — ¹⁴ Math. Marc. Luc. Joan. — ¹⁵ Esch. 1. — ¹⁶ Paul. Apost. — ¹⁷ Actus Apost.

¹⁸ 11 Cor. 8. — ¹⁹ Jac. Pet. Joan. Jud. — ²⁰ Apocalypsis. — ²¹ Math. 7. Luc. 11. — ²² Prov. 17. — ²³ 11 Cor. 9. — ²⁴ Math. 5. — ²⁵ Math. 4. Marc. 12. — ²⁶ Luc. 21. — ²⁷ Dan. 3.

hantes; cum ego sæpius testatus sim¹, me pro virili portione in tabernaculo Dei offerre que possim, nec opes alterius aliorum paupertate fodari. Quod ut au-derum, Origenis me studium provocavit, qui editioni antiquæ translationem Theo-dotionis miscuit, asterisco et obelo opus omne distinguit, dum ait elucescere facit que minus ante fuerant; aut superflua queque jugulat et confodit, maxime que Evangelistarum et Apostolorum auctoritas promulgavit. In quibus multa de veteri Testamento legimus, que in nostris codicibus non habentur, ut est illud: Ex Ægypto vocavi filium meum, et: Quoniam Nazareus vocabatur, et: Videbunt in quo compunxerunt, et: Flumina de ventre aque fluent que vivæ, et: Que nos oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, que præparavit Deus diligentibus se; et multa illa que proprium² desiderant. Interrogamus ergo eos ubi hæc scripta sint; et cum dicere non poterit, de libris hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee³, secundum in Isaiâ⁴, tertium in Zacharia⁵, quartum in Proverbiis⁶, quintum que in Isaiâ⁷. Quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta sociant; et liberos nescias libris authenticis præferunt. Causas erroris nec est mecum exponere. Iudæi prædanti factum dicunt esse consilio, ne Ptolemæus unius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem divinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant, quia in Platoni dogma cadere videbatur. Denique ubiqueque sacramta aliqui Scriptura testatur de Patre et Filio et Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacerunt, et ei regi satisfecerunt, et arcum fidei non vulgarent. Ego nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus divisi eadem scrip-turæ, cum Aristæus ejusdem Ptolemæi⁸, et multo post tempore Josephus, nihil tale retulerint; sed in una basilica congregatos, contulisse scribant, non propheta-⁹ tase. Aliud est enim vatem, aliud est esse interpretem; ibi Spiritus ventura prædicit; hic eruditus et verberum copia, ea que intelligit transfert. Nisi forte putandas est Tullius, Cæcæonem Xenophonis, et Platoni Protagoram, et Demo-sthenis pro Ctesiphonte orationem, afflatus rhetorico spiritu transluisse. Aut aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes, aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texuit, ut quod illi tacerent, ibi scriptum esse mentis fiat. Quid igitur damnamus veteres? Minime. Sed post priorum studia, in domo Domini quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante adventum Christi, et quod nescio-bant, dubils prætolare sententias; nos vero post passionem et resurrectionem ejus, non tam prophetam quam historicam scribimus; aliter enim audita, aliter visa nar-rantur; quod melius intelligimus, melius et proferimus. Audi igitur, amale; obroc-tatur, auscultata; non damno, non reprehendo Septuaginta; sed confideatur cunctis illis Apostolis præfero. Per istorum os mihi Christus sonat, quos ante Prophetas spiritalia charismata positos lego; in quibus ultimum præse gradum inter-pretis tenuit. Quid libris topæris? quid imperitorum animos contra me concites? Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebræos, diversarum urbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est si contra se postea ab Apostolis usurpata testimonia probaverunt, et emendatoria sunt exemplaria latina quam græca, et græca quam hebraica. Verum hæc contra invidos. Nunc te precor, Desideri carissime, ut me, quia tantum opus subire fecisti, et a Genesi exordium capere, orationibus juves, que possim eodem spiritu quo scripti sunt libri, in latinum eos transferre sermonem.

¹ Exod. 33. — ² Matæas. — ³ Osee 11. — ⁴ Isa. 11. — ⁵ Zach. 12. — ⁶ Prov. 13. — ⁷ Isa. 64. — ⁸ Ptolemæus.

EJUSDEM

IN JOSUE PRÆFATIO.

Tandem finito Pentateucho Moysi, velut grandi fenore liberati, ad Jesum filium. Nato manum mittimus, quem Hebræi¹ id est Josue filium Nun, vocant; et ad Judicum librum, quem² appellant; ad Ruth quoque et Esther, quos eisdem nomi-nibus ciferant. Monemusque lectorem, ut silvam hebraicorum nominum, et dis-tinctiones per membra divisa, diligens scriptor conservet, ne et noster labor, et illius studium pereat. Et ut in primis, quod sæpe testatus sum, sciat me non in reprehensione veterum vasa cadere, sciat amici mei criminantur; sed pro virili parte offerre lingue nec hominibus (quos tamen nostra delectant) ut pro Græco-³ rum, que et sumpta et labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et scilicet in antiquorum voluminum lectione dubitavit, hæc illis conferentes, inven-⁴ niant quod requirunt; maxime cum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices; et unusquisque pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit quod ei visum est; et utique non possit verum esse quod dissonat. Unde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpis, et sanctum opus venenata corpore lingua, vel suscipiens, si placet, vel contemnens, si displicet; membrisque illorum versum⁵: Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et adversus filium matris tue ponebas scandalum; hæc fecisti, et faci-⁶ loquebaris, et adversus filium matris tue ponebas scandalum; hæc fecisti, et faci-⁷ loquebaris, et adversus filium matris tue ponebas scandalum; hæc fecisti, et faci-⁸ loquebaris, et adversus filium matris tue ponebas scandalum; hæc fecisti, et faci-⁹ loquebaris, et adversus filium matris tue ponebas scandalum; hæc fecisti, et faci-¹⁰ loquebaris, et adversus filium matris tue ponebas scandalum; hæc fecisti, et faci-

EJUSDEM IN LIBRUM PARALIPOMENON PRÆFATIO⁸.

Si septuaginta interpretum, para et ut ab eis in græcum versa est, editio permaneret, superfluo me, Chromati episcoporum sanctissime atque doctissime,

¹ שמעון — ויהושע בן נון — ² Matæas. — ³ Ps. 49. — ⁴ Prefationes ejusdem sancti Hieronymi in libros Regum supra reperies, ideo in principio positam, quod librorum sacrorum ordinem custodiat. Inscribitur autem. Prologus galæatus

Impelleres, ut hebraea tibi volumina laetio sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupaverat, et nascentis Ecclesiae roboraverat fidem, justum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero, cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, et germana illa antiquaque translatio corrupta sit, atque violata; nostri arbitrii putas, ad e pluribus judicare quod verum sit, aut novum opus in veteri opere cadere, illudentibusque Judaeis, coranicum, ut dicitur, oculos confingere. Alexandria et Aegyptus in Septuaginta suis Hesiychium laudat auctorem. Constantinopolis usque Antiochia, Luciani martyris exemplaria probat. Mediae inter has provinciae palestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgaverunt, totaque orbi haec inter et trifaria varietate compagna. Et certe Origenes non solum exemplis composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens, ut unus dissentiens, statim ceteris inter se consentientibus arguatur; sed, quod majoris auctoritas est, in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quae minus fuerant, et virgulis quae ex superfluo videbantur apposita. Si igitur aliis licuit non tenere quod semel susceperant; et post septuaginta cellulas, quae vulgo sine auctore laetantur, singulas cellulas aperuere, hocque in Ecclesiis legitur quod Septuaginta nesciunt; cur me non suscipiant Latini mei, qui involuta editione veteri ita novam condidit, ut laborem meum Hebraeis, et, quod his majus est, Apostolis auctoribus comprobent? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Evangelio¹: Ex Aegypto vocati filium meum; et: Quoniam Narceus vocabitur; et: Videbant in quem compuerunt; et illud Apostoli: Quae nunc non vidit, nec auris audivit, nec in cor² hominis ascendent, quod preparavit Deus diligentibus illam; ceteraque his similia, in Hebraeorum libris inveniri. Certe Apostoli et Evangelistae, septuaginta interpretes noverant; et unde eis hoc que in septuaginta interpretibus non habentur? Christus Dominus noster utriusque Testamenti conditor, in Evangelio secundum Joannem³: Qui credit, inquit, in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vitae. Ubi scriptum est, quod Salvator scriptum esse testatur. Ubi scriptum est? Septuaginta non habent; apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebraeos igitur revertendum est, unde et Dominus loquitur, et discipuli exempla praesumunt. Haec pace veterum loquor, et obtractatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me roduunt, in publico detrahentes, et legentes in angulis, iidem et accusatores et defensores, cum in aliis probent quod in me reprobat, quasi virtus et vitium non in rebus sit, sed cum auctore mutetur. Ceterum memini, editionem septuaginta translatores, olim de graeco emendatam me tribuisse nostris, nec inimicum debere existimari semper, quos in conventu fratrum semper edissero. Et quod nunc⁴, id est Verba dierum, interpretatus sum; idcirco feci, ut inextricabiles moras, et silvam nominum, quae scriptorum confusa sunt vitio, sensuumque barbariam aperit, et per versuum cola digerere, nihilmetipsi et meis juxta Isaneniam canens, si aures surde sunt ceterorum.

AD DOMNIONEM ET ROGATIANUM, IN EUMDEM PRAEFATIO EJUDEM.

Quomodo Graecorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint, et tertium Virgili librum, qui a Troade per Leucate, et Acrocerania, ad Sicilliam, et inde ad ostia Tiberis navigaverint, ita sanctam Scripturam laudat insuetibus, qui Judeam oculis contemplatus sit, et antiquarum urbium memorias, locorumque vel eadem

¹ Matth. 2. Joa. 19. — ² 1. Cor. 2. — ³ Joa. 2. — ⁴ רבו הריבים

vocabula, vel mutata cognoverit. Iude et nobis curae fuit, cum eruditissimis Hebraeorum hunc laborem adire, ut circumversae provinciam, quam universae Christi Ecclesiae sonant. Fator enim, mi Domition et Rogatiana carissimi, nunquam me in divinis voluminibus, propriis viribus credidisse, nec habuisse opinionem meam, sed ex etiam de quibus scribi me arbitrar, interrogare me solitum, quoniam magis de his super quibus anceps eram! Denique cum a me nuper litteris flagitassetis, ut vobis libro Paralipomenon latino sermone transferrem, de Tiberiade quendam legis doctorem, qui apud Hebraeos admirationi habebatur, assumpsit, et contuli cum eo a vertice, ut aiunt, usque ad extremum unguem; et sic confirmatus, ausus sum facere quod jubebatis. Libere enim vobis loquor, ita in graecis et latinis codicibus licet nominum liber vitiosus est, ut non tam hebraea quam barbara quaedam, et sacra nomina conjecta arbitrandum sit. Nec hoc septuaginta interpretibus, qui Spiritu sancto pleni, ea quae vera fuerant transtulerant, sed scriptorum culpa adscribendum, dam de emendatis incemdatam scripturam; et saepe tria nomina, subtractis e medio syllabis, in unum vocabulum cogant, vel e regione unum nomen, propter latitudinem suam, in duo vel tria vocabula dividant. Sed et ipsa appellationes, non homines, ut plerique existimant, sed urbes, et regiones, et saltus, et provincias sonant, et oblique sub interpretatione et figura eorum, quaedam narratur in historiis; de quibus in Regum libro dicitur: Nunc ecce haec scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda? Quae utique in nostris codicibus non habentur. Hoc primam sciendum, quod apud Hebraeos, liber Paralipomenon unus sit, et apud illos vocatus¹, id est Verba dierum; qui propter magnitudinem, apud nos divisus est; quod nonnulli etiam in Bruto, Ciceronis dialogo, faciunt, ut eum in tres partes secent, cum unus a suo auctore sit editus. Deinde etiam illud attendendum, quod frequenter nomina, non vocabula hominum, sed rerum, ut dixi, significant sonant. Ad extremum, quod omnis eruditio Scripturam in hoc continetur, et historiae quae vel praetermissae sunt in suis locis, vel praeterita leviter, hic per quaedam verborum compendia explicatur. Orationum itaque verborum adjunctis auxilio, nisi librum benevola placitum, tamen invidis displicitorum esse non ambigo. Optima enim quaeque, ut ait Plinius, malent contentemae plerique, quam discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebraeos, suam conscientiam recolat, videat ordines tuxtempae sermonis; et tunc nostro labori, si poterit, detrahat. Ubicumque ergo asteriscos, id est stellas, radisse in hoc volumine videritis, ibi sciat de hebraeo additum, quod in latinis codicibus non habetur. Ubi vero obelus, transversa scilicet virga, preposita est, illic signatur quid septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Scripturae sancti auctoritatem, licet² in hebraeis voluminibus non legatur.

EJUDEM AD DOMNIONEM ET ROGATIANUM, IN ESDRAM
ET NEHEMIAM PRAEFATIO.

Utrum difficilior sit, facere quod poscitis, an negare, necdum statui, nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententiae est, et magnitudo oneris impositi ita cervicis premit, ut ante sub fasce rhenidum sit, quam levandum. Accedant ad hoc invidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendum putant, et interdum contra se conscientia repugnante, publice lacrant quod occulte legunt, in tantum ut clamare compellat, et dicere: Domine, libera animam meam a labiis iniquis, et a lingua dolosa³. Tertius annus est quod semper scribitis atque rescribitis, ut Esdra

¹ רבו הריבים ² Es. 110.

librum et Eather, vobis de hebreo transferam, quasi non habeatis graeca et latina volumina; aut quidquid illud est quod a nobis vocitur, non statim ab omnibus conspiciendum sibi. Frustra autem, ut ait quidam, nili, neque aliud fatigando nisi odium querere, extreme demencia est. Itaque obsecro vos, mi Dominice et Rogatione carissimi, ut privata lectione contenti, libros non offeratis in publicum, nec fastidiosos cibos ingratis, vitiosque eorum supercilium, qui iudicare tantum de aliis, et ipsi facere nihil noverunt. Si qui autem fratrum sunt, quibus nostra non displicent, his tribuitis exemplar, admonentes ut hebraea nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distincte et per intervalla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio, liberisurum diligenter, conservetur. Nec quemquam moveat quod unus a nobis liber editus est, nec apocryphorum tertii et quarti somnii delectatur, quia et apud Hebraeos Esdræ Nehemiaeque sermones in unum volumen coelestantur; et quos non habentur utrumque illos, nec de viginti quatuor senibus sunt, procul abiciendi. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata et inversa demonstrat; nec potest utique verum asseri quod diversum est; mitte ad eum Evangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri Testamento, quae apud septuaginta interpretes non habentur, velut illud: Quoniam Nazareus vocabitur; et: Ex Aegypto vocavi filium meum; et: Videbunt in quem compunxerunt; multaque alia, quae latiori operi reservamus; et quaeque ab eo uli scripta sint: cuiusque proferre non poterit, vos legite de his exemplaribus quae nuper a nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed ut ad compendium veniam, certe quod illarum sum squissimum est. Edidit aliquid quod non habetur in graeco, aut aliter habetur quam a me versum est? Quid interpretum hanc? interrogent Hebraeos, et ipsi auctoribus, translationi meae vel arceget vel derogent fidem. Porro alid est, si clausis, quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere, et non imitantur Graecorum studium ac benevolentiam, qui post septuaginta translators, iam Christi Eroschiano curante, et Hebraeorum et Hebraeorum legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, et Symmachum, et Theodotionem, et curiose legunt, et per Origines laborem in hexapla, Ecclesiae dediderunt. Quanto magis Latini grati esse debeant, quod exultantem efferent Graeciam a se aliquid mutari! Primum enim magnorum sumptuum est et infinitis difficultatibus, exemplaria posse habere omnia; deinde etiam qui habuerint, et hebraei sermonis ligari sunt, magis errant, ignorantes quae e multis veris dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Graecos accidit, et latinis nobis utcumque sermo non doct, et de aliis magis passus iudicare, et ea quae ipsi intelligimus, in nostra lingua ponere. Itaque licet hydra sibilat, victorque Sinon incedat iacet, nunquam meum, iuvante Christo, silebit eloquium; etiam praecisa lingua habebit. Legant qui volunt; qui nolent abiciant. Evitent apices, litteras calamitentur; magis vestra charitate provocor ad studium, quam illorum detractio et odio deterbor.

EJUSDEM AD CHROMATICUM ET ELIODORUM, IN TOBIAM PREFATIO.

Miri non desino exactiois vestre instans. Exigitis enim ut librum chaldaeo sermone conscriptum, ad latinum stylium traham; librum utique Tobias, quem Hebraei de catalogo divinarum Scripturarum secantes, his quae hagiographa memorant, mancipantur. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt et nos Hebraeorum studia, et imputant nobis, contra suam canonem latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisaeorum displicere iudicio, et Episco-

porum jussionibus deservire, institi ut potui. Et quia vicina est Chaldaeorum lingua sermoni hebraico, utriusque linguae peritissimum loquens reperiens, unius diu laborem arripui, et quidquid ille nihil hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario, sermonibus latinis exposui. Orationibus vestris mercedem hujus operis compensabo, cum gratam vobis didicero, me, quod jubere estis dignati, complisse.

EJUSDEM PREFATIO IN LIBRUM JUDITH.

Apud Hebraeos liber Judith inter hagiographa legitur: cuius auctoritas ad rebo-randa illa quae in contentione veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldaeo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicæna in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse, acquivi postulationi vestrae, immo exactiori; et sepositis occupationibus, quibus vehementer arctabar, hunc unam lucubratiunculam dedi, magis sensum e sensu quam ex verbo verbum transferens. Multarum codicum varietatem vitiosissimam amputavi; sola ea, quae intelligentia integra in verbis chaldaeis invenire potui, latinis expressi. Accipite Judith viduam, castitatis exemplum, et triumphali laude perpetuis eam preconis declarate. Hanc enim non solum feminas, sed et viris imitabilem dedit, qui castitatis ejus remunerat, virtutem et talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, et insuperabilem superaret.

EJUSDEM IN LIBRUM ESTHER PREFATIO.

Librum Esther varis translatoribus constat esse vitiatum; quem ego de archivis Hebraeorum revocaui, verbum e verbo expressis transtuli. Quem librum edito Vulgata, laciniosis hinc inde verborum siliibus trahit, addens ea quae ex tempore dici poterant, et audiri; sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis ut potuit qui injuriam passus est, vel qui injuriam fecit. Vos autem, o Paula et Eustochium, quoniam et bibliothecas Hebraeorum studiose intrare, et interpretum certamina comprobastis, tenentes Esther hebraicum librum, per singula verba nostram translationem aspiciat; ut possitis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo, sed fidei testimonio simpliciter, sicut in hebreo habetur, historicam hebraicam latine linguae tradidisse. Nec affectuamas laudes hominum, nec vituperationes expavescimus. Deo enim placere curantes, minas hominum penitus non timeamus: quoniam Deus dissipat omnia eorum qui hominibus placere desiderant¹; et secundum Apostolum: Qui ejus modici sunt, servi Christi esse non possunt². Rursus, in libro Esther alphabetum ex minio usque ad Teth litteram feliciter diversis in locis, volentes scilicet septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Non enim iuxta morem hebraicum, ordinem prosuqui etiam in Septuaginta editione manebit.

EJUSDEM IN LIBRUM JOB PREFATIO.

Cogor per singulos Scripturae divinae libros adversariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam, reprehensionem septuaginta interpretum criminantur: quasi non et apud Graecos Aquila, Symmachus, et Theodotus, vel verbum e verbo, vel sensum e sensu, vel ex utroque commixtum, et modice temperatum genus translationis expresserint; et omnia Veteris instrumenti volumina Origines obelis asterisque distinguerit, quos vel addidit, vel de Theodotione sumptos, translationi antiquae

¹ Ps. 52. — ² Gal. 2.

habere frequens turba diversa poscentium, quasi aut aequum sit me, vobis oculentibus, aliis laborare, aut in ratione dati et accepti, cuiquam præter vos, obnoxius sim. Itaque longa agrotatione factus, ac penitus hoc anno relictorum, et apud vos motus essent, tridui operis nominis vestro consecravi, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum I, quæ Hebrai Parabolæ, Vulgata autem editio Proverbia vocat²; quem græco Ecclesiastem, Latine Concionatorem possumus dicere³; quæ in nostra lingua vertitur Canticum canticorum. Fertur et Paneretos Jesu filii Sirach liber, et alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum primum, hebraicum reperi, non Ecclesiasticum, ut apud Latines, sed Parabolis prænotatum, cui juncti erant Ecclesiastes et Canticum canticorum; ut similitudinem Salomonis, non solum librorum numero, sed et ipsam materiam genero consequeret. Secundus apud Hebræos nusquam est, quin et etiam Philonis affirmant. Sicut ergo Judæi, et Tobii, et Machabeorum libros legit quidam Ecclesia, sed eos inter canonicas Scripturas non recipit; sic et hoc duo volumina legat ad edificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sane septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam a nobis olim emendatam. Neque enim nova sic edimus, ut veteri destruamus. Et tamen cum diligentissime legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, que non in tertium vas transfusa coacerent, sed statim de prælo purissime commendata testæ, suum saporem servaverint.

AD PAULAM ET EUSTOCHIUM IN TRANSLATIONEM ISAIÆ EX HEBRAICA VERITATE, EJUSDEM PREFATIO.

Nemo cum prophetas versibus videtur esse descriptus, metro eos existimet apud Hebræos ligari, et aliquid simile habere de Psalmis et operibus Salomonis; sed quod in Demosthene et Tullio solè fieri, et per cola scribantur et commata, qui utique prosæ, et non versibus conscripserunt. Nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam, novo scribendi genere distinximus. Ac primum de Isaiæ sciendum, quod in sermone suo disertus sit, quippe ut vir nobilis et urbana eloquentia, nec habens quidquam in eloquio rusticitatis admistum. Unde accidit ut præ ceteris fermonis ejus translatio non poterit conservare. Deinde etiam hoc adjuccendum, quod non tam propheta dicendus sit, quam evangelista. Ita enim universi Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum prosecutus est, ut non pates eam de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Unde consilio noluisse tunc temporis septuaginta interpretes fidei sue sacramenta perspicue Ethnicis tradere, ne sanctum canibus, et margaritis porcis darent; que cum habe editioem legeritis, ab illis animadvertetis abscondita. Ne ignore quanti laboris sit prophetas intelligere, nec facile quæmpiam posse judicare de interpretatione, nisi intellexerit antequam legerit, nos quoque patere moribus plurimum, qui stimule invidia, quod consequi non valent, despiciant. Sciens ergo et prudens in flamman mitto manum; et nihilominus hoc a fastidiosis lectoribus precor, ut quomodo Græci post septuaginta translators Aquilam et Symmachum et Theodotionem legant, vel ob studium doctrinæ suæ, vel ut Septuaginta magis ex collatione eorum intelligant, sic et isti saltem antum post priores habere dignetur interpretent. Legant prius, et postea despiciant, ne videantur, non ex Judicio, sed ex odii presumptione ignorata domare. Prophetavit autem Isaias in Jerusalem, et in Judæa, necdum dicem tribus in captivitate ductis, ac de utroque regio,

שיר השירים — קהלת — משלי

nunc commissum, nunc separatim texti oraculum. Et cum interdum ad presentem respiciat historiam, et post Babyloniam captivitatem reditum populi significet in Judæam, tamen omnis ejus cura de vocatione Gentium, et adventu Christi est. Quem quanto plus amatis, o Paula et Eustochium, tanto magis ab eo petite, ut pro obtruncatione presentis, qua me indesinenter æmulum laniant, ipse mihi mercedem restituit in futuro, qui scit me hoc loco in peregrina lingue eruditione sudasse, ne Judæi de falsitate Scripturarum Ecclesiis ejus diutius insultarent.

EJUSDEM IN JEREMIANI PREFATIO.

Jeremis propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Isaiæ et Osæe et quibusdam aliis prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus per se, quippe qui eodem spiritu prophetauit. Per se simplicitas loquendi, a loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathothites, qui est usque hodie viculus, tribus ab Ierosolymis distans millibus, sacerdos ex sacerdotibus, et in matris utero sanctificatus, virginitate sua evangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer, et captivitate urbem atque Judææ, non solum spiritu, sed et oculis carnis intatus est. Jam decem tribus Israel Assyrii in Medos transtulerant; jam ternæ eorum, colonie gentium possidebant. Unde in Juda tantum, et in Benjamin prophetavit; et civitatis sue ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos mensura metri versibusque reddidimus. Præterea ordinem visionum, qui apud Græcos et Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem coreximus. Librum autem Baruch notarii ejus, qui apud Hebræos nec legitur nec habetur, prætermisimus; pro his omnibus maledicta ab æmulis præstantibus, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia vos me cogitis. Ceterum ad compendium mali, rectus fuerat modum furori eorum silentio meo ponens, quam quotidie novi aliquid captivantium, inridorum insaniam provocare.

EJUSDEM IN EZECHIELEM PREFATIO.

Ezechielis propheta cum Joachin rege Juda captivus ductus est in Babylonem, ibique iis qui cum eo captivi fuerant, prophetavit, penitentibus quod ad Jeremiam vaticinium se ultro adversariis tradidissent, et videntur adhuc urbem Ierosolymam stare, quam ille casuram esse prædixerat. Triginta autem ætatis sue anno, et captivitate quinto, exorsus est ad conceptus loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldaea, Jeremias in Judæa prophetaverunt. Sermo ejus nec satis disertus, nec admodum rusticus est; sed ex utroque medie temperatus. Sacerdos et ipse fuit, sicut Jeremias, principia voluminis et finem magis habens obscuritatis involuta. Sed et Vulgata ejus editio non multum distat ab hebraica. Unde non satis miror quid cause extiterit, ut si eisdem in universis libris habemus interpretes, in aliis eisdem, in aliis diversa extiterit, ut si eisdem in universis libris habemus interpretationem nostram, quoniam per cola scriptas et commatas, manifestiorem legendibus sensum tribuit. Si autem amici mei et hunc subnaverint, dicite eis quod nemo eos compellat ut scribant. Sed vereor ne illud eis eveniat quod græce significantius dicitur, ut vœcentur⁴, quod est, manducantes sanas.

EJUSDEM IN DANIELEM PREFATIO.

Danielem prophetam juxta septuaginta interpretes, Domini Salvatoris Ecclesiæ non legunt, utentes Theodotionis editione; et hoc cur acciderit, nescio. Sive enim

⁴ ὀψοδοῦσα.

quæ sermo chaldaicus est, et quibusdam proprietatibus a nostro eloquio discrepat, noluerunt septuaginta interpretes eandem linguam lineas in translatione servare; sive sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis chaldaicam linguam scientes, editus est liber; sive aliud quid causæ extiterit ignorans; hoc unum affirmare possum, quod multum a veritate discordet, et recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe est, Danielem maxime et Esdram, hebraicis quidem litteris, sed chaldaeo sermone conscriptos, et unam Jeremias peripetion, Job quidem cum arabica lingua plurimum habere societatem. Denique et ego adolescentulus, post Quintilian et Tullii lectionem ac flores rhetoricos, cum me in linguæ hujus pistrinum recluissem, et multo sudore, multoque tempore viri corpulentæ anhelantia stridentiaque verba resonare, et quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, impeni novissime in Daniele, et tanto tanto affectus sum, ut desperatione subita omnem laborem veterem velleum contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, et illud mihi crebris in sua lingua ingerente: Labor improbus omnia vincit; et qui mihi videbar sciolus, inter Hebræos copii rursus esse discipulus chaldaicus. Et ut verum fatear, usque ad præsentem diem magi possum sermonem chaldaicum et intelligere, quam sonare. Hoc idcirco refero, ut difficultatem vobis Daniels ostenderem; qui apud Hebræos nec Suzanne habet historiam, nec Iovianum trium peroratorum, nec Belis draconisque fabulas, quas nos quia in toto orbe dispersæ sunt, vultu anteposito, easque jugulante, subjecimus, ne videremur apud imperios inquam partem voluminis detruxisse. Audivi ego quemdam de præceptoribus Judæorum, cum Suzanne derideret Historiam, et a Græco nescio quo eam diceret esse confictam, illud opponere quod Origeni quoque Africanus opposuit, etymologica hæc, de græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hæc possumus dare: Ut verbi gratia, dicamus de arbore illic dixisse eum, illic peras; et a lentisco, in lentem te comminuat angelus; vel non lenta nomen conveniens. Deinde tantum fuisse otii tibus pueris evallabat, ut in camino æstantis incendii motu luderent, et per ordinem ad laudem Dei omnia elementa provocarent, aut quod miraculum, divinas aspirationis indicium, vel draconem interfectum olla piscis, vel sacerdotum Belis machinas prehensuras; que magis prudentia solertis viri quam prophetali essent spiritu perpetrata? Cum vero ad Habacuc veniret, et de Judæa in Chaldaeam raptum disochorum lecitaret, quærebatur exemplum ubi legissemus in toto veteri Testamento quemquam sanctorum gravi volasse corpore, et in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse, cui cum quidam nostris satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, et diceret eum de Chaldaea in Judæam fuisse translatum, derisit hominem, et ex ipso volumine demonstravit Ezechielem in spirita se vidisse transpositum. Denique et Apostolum nostrum, videlicet ut eruditum virum, et qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse: Sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit. His et talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admo-nui, non haberi Daniele apud Hebræos litteris omnibus ab eis Scriptura dividitur: in legem, in prophetas, et in hagiographa, id est in quinque, et octo, et in undecim libros; de quo non est vobis temporis disserere. Que autem ex hoc propheta, Iumo contra hanc librum, Porphyrius objicit: testes sunt Methodius, Eusebius, et Apollinarius, qui multis versum millibus *ἐπισημασμένοι* respondententes, nescio an

¹ ἄλλο τὸ ἐπισημασμένοι, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἐπισημασμένοι.

curioso lectori satisfecerint. Unde obscuro vos, o Paula et Eustochium, fundatis pro me ad Dominam precor, ut quamvis in hoc corporeculo sum, scribam aliquid gratum vobis, utile Ecclesie, dignum posteris. Presentibus quippe iudicium oblatrantium non satis moveor, qui in utramque partem, aut amore labuntur, aut odio.

EUJDEM IN XII PROPHETAS PREFATIO.

Non est idem ordo duodecim prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos. Unde secundum id quod hic legitur, hic quoque dispositi sunt Osæ comicus est, et quasi per sententias loquens. Joel planus in principis, in fine obscurior. Et usque ad Malachiam, habent singuli prophetas suas; quem Esdram scribam, legisque doctorem, Hebræi autem. Et quia longum est nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos, o Paula et Eustochium, admonitas volo, unum librum esse duodecim prophetarum, et Osæ synchronon Isaiæ, Malachiam vero Aggai et Zachariam fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præferunt in titulo; sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus et hic qui ante eos habent titulos prophetaverunt.

EUJDEM IN EVANGELISTAS AD DAMASUM PREFATIO.

Novum opus me facere cogis ex veteri, ut quod exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arboriter sedam, et quia inter se variant, que sint illa que cum græca consentiant veritate, decernam. Quis labor, sed periculosa presumptio, iudicare de ceteris, ipsam ab omnibus iudicandum; sensu mutare linguam, et canescentem iam mundum ad litem retrahere parvulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus voluit assumperit, et a saliva quam semel imbibit, viderit discrepare quod lecitat, non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamantis esse sacrilegum, qui audiam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Adversus quem invidiam duplex causa me consolatur: quod et in qui summus sacerdos es, fieri Jubes, et verum non esse quod variat, etiam maledictorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quibus; tunc enim sunt exemplaria pene quot codices. Sin autem veritas est querenda de pluribus, cur non ad græcam originem revertentes, ea que vel a vitiosis interpretibus male reddita, vel a presumptoribus imperiti emendata perversitas, vel a libralis dormitantibus aut adita sunt, aut mutata, corrigenda? Nosque vero ego de veteri discepto Testamento, quod a septuaginta senioribus in græcam linguam versum, tertio gradū ad nos usque pervenit. Non quero quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter novos. Non veteris media incedat. Sit illa vera interpretatio quam Apostoli probaverunt. De novo nam loquitur Testamento, quod græcum esse non dubium est, excepto Apostolo Mattheo, qui primus in Judæa Evangelium CHRISTI hebraicis litteris edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat, et in diversos rivulum tramites ducit, uno de fonte querendum est. Prætermittito eos codices quæ a Luciano et Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit perversa contentio; quibus utique nec in toto Veteri instrumentum post septuaginta interpretes emendare quid liceat, nec in Novo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis Scriptura ante translata deceat falsa esse que addita sunt. Igitur hæc præsons Prefationibus pollicitor quatuor tantum Evangelia, quorum ordo est iste: Mattheus, Marcus, Lucas, Joannes, codicum græcorum emendata collatione, sed veterum, que ne multum a lectionis latine consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantum que sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateream ut fuerant. Canones quoque, quos Eusebius Cæsariensis episcopus Alexandrinus secutus Ammonianum, in decem

numero ordinavit, sicut in graeco habentur, expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse, que in Evangelis, vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inolevit, dum quod in eadem re alius Evangelista plus dixit, in alio quia minus putaverit, addidit. Vel dum eandem sensum alius alter expressit, ille qui unum e quatuor primum legat, ad ejus exemplam ceteros quoque existimaverit emendandos. Unde accidit ut apud nos mixta sint omnia, et in Marco plura Lucæ atque Matthæi, Rursus in Matthæo plura Joannis et Marci, et in ceteris reliquorum que aliis propria sunt, inveniantur. Cum itaque canones legis qui subjecti sunt, confusionis errore sblato, et similia omnium scias, et singulis sua quoque restituas. In canone primo concordant quatuor : Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes; in secundo tres : Matthæus, Marcus, Lucas; in tertio tres : Matthæus, Lucas, Joannes; in quarto tres : Matthæus, Marcus, Joannes; in quinto duo : Matthæus, Lucas; in sexto duo : Matthæus, Marcus; in septimo duo : Matthæus, Joannes; in octavo duo : Lucas, Marcus; in nono duo : Lucas, Joannes; in decimo, propria quique que non habentur in aliis, ediderunt. Singulis vero Evangelis, ab uno incipienti usque ad finem librorum, dispar numerum accrescit. Hic nigro colore descriptus, sub se habet alium ex minio discolorem numerum, qui ad decem usque procedens, indicat prior numerus in quo sit canone referendus. Cum ergo aperto codice, verbi gratia, illud sive illud capitulum scire volueris cujus canonicus sit, statim ex subjecto numero doceberis, et recurrans ad principia, in quibus canonem est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis invento, illum quem quærebas numerum, ejusdem Evangelistæ qui et ipse ex inscriptione signatur, invenies, atque e vicine ceterorum transibis inspecta, quos numerus e regione habeat, annotabis : et cum scieris, recurras ad volumina singulorum, et sine mora reperis numeris quos ante signaveris, reperies et loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Sciendum tamen, ut quis ignarum ex similitudine numerum error involvat, quod sicubi in subnotatione canonum distinctorum, in canone quolibet tres Evangelistæ sint, vel quatuor, et etiam amplius eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, et quartus e contrario, discrepantes; quod id tres illi in eo loco semel dixerint, quartus stans in corpore voluminis sui ponat, quoties diversi numeri in ejus canone positi sint contra predictorum numerum continuatas similitudines. Item si in uno quolibet eorum ut etiam duobus idem in canone numerus his, ter, et quater, aut eo amplius reperiantur in ordine collocatos, et disparas inveniantur in ceteris, dubium non erit, quin id quod illius illorumve canonis numerus his terque repetitum ab his in volumine semel dictum esse ostendit, alter alterius eorum toties uno atque eodem sensu loquantur, quoties preteritorum in numerorum annotatione distantiam. Et hoc in omnium novem canonum collatione servabitur. Ceterum in decimo quoniam propria singulorum tantummodo continentur non potest contra id commarato esse quod solum est. Opto ut in *Christo valeas*, et memineris mei, Papa *Justissime*.

EJUSDEM EX CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

Paulus Apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Benjamin et oppido Judæe Gischalis fuit, quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Cilicie commigravit, a quibus ob studia legis missus Ierosolymam, a Gamaliel viro doctissimo, cujus Lucas meminit, creditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, et acceptis a pontifice templi epistola, ad persequendos eos qui Christo crederent, Damascum pergit, revelatione compulsus ad fidem, que in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore

translatus est. Caneque primum ad predicationem ejus Sergius Paulus processit Cypri credidisset, ab eodem cum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus; et juncto sibi Barnaba, mollis uribus peregralis, resurrexerat Ierosolymam, a Petro, Jacoboque et Joanne, Gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissime de ejus conversatione scriptum est, hoc tantum dicam, quod post passionem Domini vicesimo quinto anno, id est secundo Neronis, eo tempore quo Festus procurator Judææ successit Felici, Romanus victus militatur, et biennium in libera manens custodia, advenit Judæo de adventu Christi quotidie disputavit. Sciendum autem in prima satisfactione (necesse Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente secula, quanta de eo narrat historie) Paulum a Nerone dimissum, ut Evangelium Christi in Occidentis quoque partibus predicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum (eo tempore quo et passus est, de vinculis dictat epistolam) : In prima me satisfactione nemo mihi adfuit, et omnes me dereliquerunt; non eis impetatur. Dominus autem mihi adfuit, et confortavit me, ut per me predicatio completeret, et audirent omnes gentes; et liberatus sum de ore leonis. Manifestissime leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequentibus : Liberatus sum de ore leonis. Et statim : Liberavit me Dominus ab omni opere malo, et salvavit me in regnum suum celeste, quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam et in eadem epistola premissit : Ego enim jam immolator, et tempus resolutionis mee instat. Hic ergo decimo quarto Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini trigesimo septimo. Scripsit autem novem ad septem Ecclesias epistolas, ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philippenses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epistola autem que fertur ad Hebræos, non ejus creditur, propter stylum sermonisque distantiam; sed vel Barnabæ juxta Tertullianum, vel Lucæ Evangelistæ juxta quosdam, vel Clementis Romane postea Ecclesie episcopi, quos aiunt sententias Pauli proprio ordinasse et orasse sermone; vel certe quia Paulus scribebat ad Hebræos, et propter invidiam sui apud eos nomina, titulum in principio salutationis amputaverat, scripsit ad Hebræos Hebræis hebræice, id est suo eloquio disertissime, ut ea que eloquentur scripta fuerint in hebræo, eloquentius verterentur in græcum, et hæc causam esse, quod a ceteris Pauli epistolis discrepare videntur. Legant quidem et ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

EJUSDEM EX CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

Jacobus, qui appellatur frater Domini, cognomen Justus, ut nonnulli existimant, Joseph, ex alia uxore, ut autem mihi videtur, Maris sororis matris Domini, cujus Joannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini, statim ab Apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus, unam tantum scripsit epistolam, que de septem catholicis est; que et ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur, flect paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Egeppus vicinus apostolicorum temporum, in quinto commentariorum libro de Jacobo narrans, ait : Suscepit Ecclesiam Ierosolymæ, post Apostolos, frater Domini Jacobus, cognomen Justus; multi siquidem Jacobum vocabantur. Hic de vero matris sanctus fuit, virtus et sinceram non bibit, carnis ulnam comedit, nunquam annuscat, nec unctus unguento, nec usus balneo; hinc soli Ilicium erat ingredi Sancta sanctorum; siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis, solumque ingrediebatur templum; et fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantum ut cadaverum duritiam traxisset ejus genua crederentur. *Igitur et alia multa, que enumerare longum est.*

Sed et Josephus in vicesimo libro Antiquitatum refert, et Clemens in septimo mortae Fazo, qui Judaeam regobat, missam a Nerone esse successorem ejus Albinum; qui cum necdum ad provinciam pervenisset, Ananus, inquit, pontifex adulescens, Anani filius, de genere sacerdotum, accepta occasione¹, concilium congregavit et compellens publice Jacobum ut Christum Dei filium desereret, contradicentem lapidari jussit; qui cum precipitatus de pinna templi, contractis erubris, adhuc semivivus tendens ad eorum manus diceret: Domine, ignosce eis, quod enim factum, nesciant, foliis fusto quo uda vestimenta extorseri solent. In cerebro percussus, necavit. Tradit item Josephus, tante cum sanctitatis fuisse et celebritatis in populo, ut propter ejus necem, creditum sit eorum apud Apollonium viri neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc celebris Acta testantur. Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebraeos, et a me nuper in graecam linguamque sermonem translatus est, quo et Origenes esse utitur, post resurrectionem Salvatoris refert: Dominus autem cum dedisset sionem servo sacerdotis, ivit ad Jacobum et apparuit ei. Juraverat enim Jacobus se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem a mortuis. Buresque post paululum: Afferte, ait Dominus, mensam et panem. Scitumque addit: Tuli panem, et benedixit, ac fregit, et dedit Jacobo Justo, et dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis a dormientibus. Triginta itaque annos Ierosolymis rexit Ecclesiam, id est usque ad septimum Neronis annum, et juxta templum, ubi et precipitatus fuerat, sepultus est. Titulum usque ad obsequium Titi et ultimam Hadriani notissimum habuit. Quidam e nostris in monte Oliveti cum conditi putant; sed falsa eorum opinio est.

EJUSDEM EX CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

Simon Petrus filius Jone, provincie Galilee, vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli, et princeps Apostolorum, post episcopatum Antiochenis Ecclesie, et predicationem dispersionis eorum qui de circumcissione crederent, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, et Bithynia, secundo Claudii anno ad expugnandum Simonem Magum Roman pergit, ibique viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis, id est decimum quartum. A quo et affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, et in sublime pedilus elevatus, asserens se indignum ut sic crucifigeretur ut Dominus suus. Scripsit duas epistolas, quae Catholicae nominantur; quarum secunda a plerisque ejus esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed et Evangelium juxta Marcum, qui auditor ejus et interpretes fuit, hujus dicitur. Libri autem et quibus unus Actorum ejus inscribitur, alius Evangelii, tertius Predicationis, quartus Apocalypseis, quintus Judicii, inter apocryphas Scripturas reputantur. Sepultus Rome in Vaticano juxta viam Triumphalem, totius urbis veneratione celebratur.

EJUSDEM EX CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

Judas frater Jacobi, parvam quidem, quae de septem Catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, a plerisque rejicitur; tamen auctoritatem vetustate jam et rari meruit, et inter sanctas Scripturas computatur.

¹ Testamento. — 2 Avayep.

LIBER GENESIS

HEBRAICE BERESITH.

CAPUT I.

De mundi creatione, terram creaturam distinctione et ornatu, deque hominis formatione, cui subiecit Deus omnia quae creaverat.

1. In principio creavit Deus¹ caelum et terram.

2. Terra autem erat inanis et vacua, et tenebrae erant super faciem abyssi; et Spiritus Dei ferebatur super aquas;

3. Dixitque Deus²: Fiat lux. Et facta est lux.

4. Et vidit Deus lucem quod esset bona. Et dividit lucem a tenebris.

5. Appellavitque lucem Diem, et tenebras Noctem. Factumque est vespere et mane, dies unus.

6. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis.

7. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quae erant sub firmamento, ab his³ quae erant super firmamentum. Et factum est ita.

8. Vocavitque Deus firmamentum Caelum. Et factum est vespere et mane, dies secundus.

9. Dixit vero Deus: Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, in locum unum, et apparat arida. Et factum est ita.

10. Et vocavit Deus aridam⁴ Terram, congregatonesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum.

11. Et ait: Germinet terra herbam viridem et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.

12. Et protulit terra herbam viridem, et facientem semen juxta genus suum,

et lignumque faciens fructum, et habens unumquodque seminatam secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum.

13. Et factum est vespere et mane, dies tertius.

14. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento caeli, et dividant diem ac noctem, et sint⁵ in signa et tempora, et dies et annos.

15. Et luceant in firmamento caeli, et illuminent terram. Et factum est ita.

16. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut praeeset diei, et luminare minus, ut praeeset nocti, et stellae.

17. Et posuit eas in firmamento caeli, ut luceant super terram.

18. Et processit diei ac nocti, et dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum.

19. Et factum est vespere et mane, dies quartus.

20. Dixit etiam Deus: Producat auge reptile animae vivantis, et volatilis super terram sub firmamento caeli.

21. Creavitque Deus cetera grandia, et omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerat aquae in species suas, et omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum.

22. Benedixitque eis, dicens: Crescite et multiplicamini, et replete aquas maris; avesque multiplicentur super terram.

23. Et factum est vespere et mane, dies quintus.

24. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo, jumentum et reptilia, et bestias terrae secundum species suas. Factumque est ita.

25. Et fecit Deus bestias terrae juxta

¹ Ps. 33, 4 et 135, 5. Eod. 18, 1. Act. 14 et 17, 34.² Hebr. 11, 3.³ Ps. 105, 6 et 106, 4. Jer. 10, 12 et 51, 15.⁴ Job, 38, 4. Ps. 24, 7 et 88, 12 et 135, 6.⁵ Ps. 135, 7.